tu deus nr. Aña. Extende domine brachium tuum et libera animas nostras ne pereamus. Aña. Libera nos deus in mirabilibus tuis et da gloriam nomini tuo.
Invitatorium. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua Et in preceptis suis et faciat pacem. ps. Venite. ymnus. Nocte surgentes.
Incipit liber machabeo[rum]

Et factum est postquam percussit alexander philippi rex macedo qui primus regnavit in grecia: egressus de terra cethim: percussit darium regem persarum et medorum: et constituit prelia multa: et obtinuit omnium municiones et interfecit reges terre. Adaperiat dominus R. cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem in diebus nostris. Concedat nobis salutem et redimat nos a malis. V. Exaudiat dominus orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo. Concedat. V. ii.

Et pertransiit usque ad fines terre et accepit spolia multitudinis gentium: et siluit terra in conspectu eius. Et congregavit virtutem et exercitum fortem nimis. R. Exaudiat dominus orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo. Dominus deus